

Invenitur sapientia ab his qui quæerunt eam.

Léctio libri Sapiéntiæ

6, 12-16

- ¹² **C**lara est et, quæ numquam marcéscit, sapiéntia;
et fáctile vidétur ab his, qui díligunt eam,
et invenítur ab his, qui quæerunt illam.
- ¹³ Præóccupat, qui eam concupíscunt,
ut prior se osténdat illis.
- ¹⁴ Qui de luce vigiláverit ad illam, non laborábit,
assidéntem enim illam fóribus suis invéniet.
- ¹⁵ Cogitáre ergo de illa sensus est consummátio;
et, qui vigiláverit propter illam, cito secúrus erit.
- ¹⁶ Quóniam dignos se ipsa círcuit quærens
et in viis osténdit se illis hiláriter
et in omni providéntia occúrrit illis.

Verbum Dómini.